

Johann Simonius

**Iubilaea Panegyris, ex informatione Joannis Simonii, in alma Universitate
Rostochiensi Rhetorices P. P. Ab ornatißimis aliquot iuvenibus adornata, Et
Hebdomade Sabbataria, centenarium eiusdem Academiae tertium incoante ... a.
d. 18. Novembris anno 1619. celebrata**

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742472299>

Druck Freier  Zugang





Jubilaea panegyris ex informatione Joannis Simonii, in universitate
Rostochiensi rhetorices ab ornatissimis aliquot juvenibus adornata,
a. d. 18 Nov. 1619 celebrata. Rost. 1620. —

T. 549.

A-1260, 19.

JUBILÆA PANEGYRIS,

ex informatione

JOANNIS SIMONII,

in alma Universitate Rostochiensi Rhetorices P. P.

ornatissimis aliquot juvenibus adornata,

E T

Hebdomade Sabbataria, centena-
rium ejusdem Academæ tertium incoante,

I N

Illustri & spectatissimi magnificorum nobilissimorum

litterarum, & scientiarum lectorumq; virorum, & juvenum confessu-

18. Novembris anno 1619. celebrata.



ROSTOCHI, Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XX.

M. - 1260 19.



Augurium Felix Domini Metus.
Jura Altissimi Deliciæ Maximæ.



DEO

EHOVÆ ELOHIM,
Deo MAGNO, OMNIPOTENTI,
qui cœlos creauit atq; distendit, qui
firmat terram & qua germinant
ex ea, danti flatum populo, qui est
super eam, & spiritum calcantibus eam: Deo,
quem canunt novo carmine extremi terrarum,
qui descendunt in mare, & quicquid cocontine-
tur, insulae, earumq; habitatores; SANCTO ISRAE-
LIS, quo ante suum populum ingrediente, clamant
deserta, eorumq; oppida, ovant Petrae incola, ex
montium vertice vociferantes; afficiatur Jovis
gloria, ejusq; laus in insulis prædicetur: Deo,
qui devastat montes & colles, omnesq; eorum
herbas siccatur, qui fluvios in insulas redigit,
stagnaq; arefacit, qui cœcos per ignotam eis, in-
cognitamq; viam & semitas ducens agit: qui est
vindex suorum, Augustus Israëlitarum: qui
est JEHOVA, quo excepto nullus est servator: qui
facit magna, qui potens est, cuius & nomen
sanctum est: cuius clementia sempiterna in re-

A 2

veren-

verentes eum : qui fortia patrat brachio suo, pro-
fligat eos qui animi fastu insolescunt : qui detur-
bat potentes de solijs, & humiles extollit : qui esu-
rientes implet bonis, & divites inanes dimittit :
DOMINO D^EO P^AT^RUM N^OSTROR^UM, qui est Deus
in cœlo, qui idem omnibus gentium regnis impe-
rat: cuius in manu vires sunt & fortitudo, claves
cœli & inferni, famis & pluviarum, belli & pa-
cis; cui resisti non potest: D^EO S^OLI F^USTO, cuius
opera nemo eloqui potest; cuius magna mirabilia
nemo intelligit; cuius potentia magnitudinem
nemo metietur; cuius misericordia amplitudi-
nem nemo enumerabit, nemo minuet aut ange-
bit; cuius grandia miracula nemo peruestigabit;

D E O T R I N U N I,

*Ecclesia sue, Imperiorum, Academiarum, totius
mundi, unico Atlanti, certissimo Statori; vero
Domino; hanc sacram statuam Jubilæo solemnis-
tatis, suo & eorum qui hanc celebrarunt nomi-
ne, ponere voluit.*

I. m. q;

Joannes Simonius.

RECTOR

R E C T O R
Academiae Rostochiensis
THOMAS LINDEMANNUS
J C. E T P. P.

APelles Helenæ imaginem pingens,
& absolutissimum artis lusæ specimen ac docu-
mentum edere studens, eadē tabula seipsum
arte mira ad vivum expressit, eoq; omnibus istius
temporis artificibus palmam præripuit. Academiam
nostram si pictori assimulem, in eam certè injurius
non sim. Ea hactenus sèpè Deorum, Dearumq;
terrestrium, heroum, inquam, præclaras res gestas
scientiarum pulchritudines, penicillo exquisitusimo
depietas, omnium oculis exposuit. Quis itaq; ei
invideat, vel vitio vertat, si eadem proprij corporis
virtutes divinitus & affatim in se collatas exornet,
& tabulam istam artificiosissimam, non venatoru[m]
more Dianæ, sed auctori suo Iehovæ, ejusq; in terris
vicarijs, Illutrismissis, Reverendissimo & Celsissi-
mis Principibus ac Dominis, Domino ADOLPHO
FRIDERICO, ac Domino JOHANNI AL-
BERTO, nec non amplissimo hujs urbis SENATUI,
Patronis suis clementissimis & munificentissimis di-
cet & consecret? Est enim Academia hæcce vera
Pandora, non illa, quæ ab Ascreo Poëta velut Vul-
cani filia depicta, sed quæ à Salomone, ejusq; Eccle-

A 3

fianie

PROGRAMMA

sias te descripta , in quam Deus cumulatim dona spiritus sui contulit: Hæc verè coeli filia , quâ natâ aurum pluisse verius dixerimus , quâm quod Strabo de aurea pluvia natali Minervæ concitata lib.9. nugatur. Hujus Pandoræ amore à condito mundo omnes , qui bus de meliore luto finxit p̄cordia Titan , pellesti, eandem sincerè adamarunt. Hæc prodij non ex Jovis cerebro , sed ex Dei throno : hæcce sola est , quæ hominem à bestia , liberum à servo secernit & dijudicat. Digna certe , quam Xeuxis , Parrhasius , Phydias pingant , quam Pyrgoteles sculpat , Lysippus fundat , Demoithenes illuminet , Cicero illustret , Maro , Naso , Horatiusve decantent : Digna , quam Palladia ægide affectuum & ignorantiae hostibus opponenda insculptam perpetuò circumgestemus : Hæc quò magis aspicitur , eò majores sui amores excitat : Quò magis tractatur , eò fragrantius spirat : Quò magis depingitur , eò formosior evadit. Hæc sedem , quam inhabitat , nobilitat , & ab omni hostium invasione & injuria tutam reddic . Hanc quamdiu Judæi coluerunt liberi & felices vixerunt. Hæc Pindari domum ab injuria militum vindicavit . Hæc Hierosolymam solo aspectu obsidione liberavit. Ex hac , teste Luca de Penna , oliva , pacis indicina , nascitur. Hæcce feroce mores emollit ; omnium bonorum favorem & amorem sibi conciliat , & Eridem fugat. Huic Academæ panegyrim novam , Jubilæi Academicæ jucundam Catastrophen , Vir Clarissimus JOANNES SIMONIUS , in qua fundatio prima,

D. THOMÆ LINDEMANNI.

primâ, ejusq; Patronorum desideria ad vivum fere
expressa sunt, ita adornavit, ut ex nobilissimo stu-
diosorum nostrorum ordine ornatisimos aliquot Ju-
venes viros, cras hora media prima pomeridiana,
qui eam festivitatem celebrent, producturus sit. Ad
quam videndam, audiendam Illustrissimorum Princi-
pum, & Senatus hujus urbis Legatos nobilissimos,
strenuos, prudentissimos, nec non cives Academicos,
omnesq; literario ordini faventes, ea, qua par est ob-
servantia invitamus. P. P. 17. Nov. Anno 1619.



PROGRAMA

M. IOHANNIS SIMONII.

LECTORI BENEVOLO S. D.

PLato auctor est; Athenienses, navis ejus;
quam voti à Theseo, postquam is Tyrannidi Regis
Crete bis septem eripuerat, nuncupati, tanquam
rei, in Delphum, quotannis mittebant; puppim exornasse:
idq; per Apollinis sacerdotem factum. Ego quoq;, Lector
optime, cum publico judicio meam quoq;, operam in festi vi-
tate hac collocare aliquam jussus essem; cæteris viris ma-
gnificis, reverendis, clarissimis, consultissimis, & excel-
lentissimis, Dominis meis, & collegis colendis, alijs quasi
in prora ejus, alijs in media parte exornanda laboribus;
constitueram ipse ad puppim hujus Jubilæa solemnitas me
convertere: non quod ego ad eam illustrandam aliquid
me posse sentirem: sed ut immensam Dei, jam in tertium

secu



PROGRAMMA

seculum hanc Academiam cum hac urbe, cum clarissimo
hoc Ducatu, clementissime servantis, bonitatem, Ser-
nissimorum Megapolensem Ducum, nec non amplissimi
florentissima hujus urbis Senatus, Patronorum nostrorum
clementissimorum, atq; benignissimorum, pietatem, mu-
nificentiamq;, & illustre eximumq; studium, deniq; hu-
jus ipsius almae matris nostra aut præstantiam, aut etiam
ortum, aut si quæ id genus sunt, quæ ad ejusdem fortunam
vel prosperam, vel sequiorem pertinerent, laudibus justis
persequerer, orationeq;, quantum possem, explicarem.
Sed cum hac, quæ dixi, omnia, & longè plura, atq; ma-
jora, quibus vel optumo Maximo pro immensis ipsius in-
hanc Academiam beneficijs, vel præcessimis, & pruden-
tissimis Dominis Patronis, gratia aguntur: Vel dignitas
& utilitas regiarum scholarum depraedantur; summis e-
loquentiae viribus, singulariæ actionis dignitate ab illis:
quos paulò ante honoris causâ nominabam, tractata sint,
viderem autem, esse quoq; eorum, qui in laudabili discen-
tium ordine in hac Academia sunt, ut & illi suum Tri-
bùnum péḡ ad hanc festivitatem afferrent: Cepi, muta-
to priore consilio, de hac re maturiores cogitationes susci-
pe. Quas ubi non solum cum aliquot ornatisimi Juveni-
bus, sed etiam cum alijs viris doctrina & autoritate præ-
stantissimis, communicasset: hi quidem probarunt meum
studium, illi autem suam festivitati ejusmodi celebranda
operam condixerunt. Argumentum scire desideras, Præ-
stantissime Lector? Dicam paucis. Conabuntur quasi
penicillo adumbrare non tam ea, quæ ipsa sub initium
hujus Academie, cum ejus condendæ potestas pere-
retur

JOHANNIS SIMONII.

returab eo, à quo tum peti imprimis solebat, ge-
sta dictaq; sunt, quām quæ alibi etiam atq; Romæ,
apud mundi Dominum, apud summum Principem
eo tempore de eadem re agi diciq; potuissent. Atq;
ut hac ipsa repræsentatio eò magis perspicua esset, & ad
festivitatem hanc accommodioris distribuerunt inter se
operas, ita ut personam Regis primò audientis postulatio-
nes Legatorum; deinde rem cum Senatoribus suis delibe-
rantis; & tandem concludentis, Henningus Walbohm
Minda-Westphalus: Legatorum à Ducibus Domino-
rum suorum desideria exponentium, & quidem primi,
Joachimus Frommius, Wusterh. Marchicus; secundi,
Wilhelmus Peltzerus Osnaburga Westphalus: Legati
ab urbe, superiorum suorum preces referentis, Henricus
von Rithbergen Neoburga Lunenburgensis; Consiliarij
primi, ex difficultatibus, que devoranda sunt ordini scho-
lastico, suadentis Privilegia doctis esse danda, Balthasar
Lübberts Holsatus: Consiliarij secundi, vitam & studia
quorundam tam docentium, quam discentium carpentis,
& hinc negantis gratificandum esse Legatis; Joannes Pe-
terlen Elbingå-Borussus: Tertijs refutantis secundum, &
partes Legatorum agentis, Hardewicus Vordinhofius
Megapolitanus: Quarti, ex incommodis tum loci, tum
diversitatis Jurisdictionum, nec non ex multitudine Aca-
demiarum jam tum floresentium negantis, quod secundus
negaverat; Joannes Berner Osnaburga-Westphalus:
Quinti, præcedentem refutatio, Jodocus Kirchovius
Osnaburga Westphalus. Præconis mandata Domini e-
nuntiantis, Matthias Grundtschut Ammenslebiä Saxon:
deniq;

B

deniq;

PROGRAMMA

deniq; chori doctorum, agentis & Principibus & Rosea
urbis Patribus gratias, ipsorumq; tam laudabile, tam exi-
mium, tam divinum propositum commendantis, & Deum
pro salute Principum, Senatus hujus urbis, & Academia
invocantis, Gerardus Gravius Osnaburga Westphalus;
in se receperint. Non ignoro quidem quantis vocalatio-
num fluctibus hęc ipsa res sit exposita. Präconcipere
jam videoꝝ multorum diversa judicia: nec forte aberunt,
qui hunc laborem vituperent, tanquam vanum & thea-
tricum. Sed quis omnibus placere unquam potis fuit?
Quis est hodie, qui omnibus dictarijs sese subripere queat?
In qua verò vita parte nihil est theatrici, non etiam inter-
dum aliquid tragici? Endomychocacus ille ita ferè o-
mnia occupavit loca, ut quidem in aulis principum super-
bè, in litigioso Themidos foro tecte; in negotioso, liberè,
in religionis adib; speciosè; in sanctitatis templo super-
stiosè; sed ubiq; callidè triumphet. A qua representa-
tione cum hęc nostra toto calo dislet; nemo, ut opinor, pru-
dens eam culpaverit. Sed & id nos solatur, & in spem
certissimam erigit: actum iri hanc rem apud viros exi-
mios, & illustres, & humanos: & apud studiosam gene-
ris splendore & moribus, & literis exornatam juventu-
tem. Quorum omnium benevolentiam, & humanitatem,
in benignè audiendo eos, quos produco, equanimitatem,
in judicando dexteritatem, sic implero, sic mihi voveo,
ut magis non possim. P. P. Rostochij 18. Novemb.

Anno 1619.

— 90 —

JUBI-

8

J U B I L A A

P A N E G Y R I S ,

Ex informatione

I O A N N I S S I M O N I I ,
in alma Universitate Rostochiensi
Rhetorices P. P.

a. d. 18. Novembris celebrata.

R E X .

Ex longinquis septentrionum terris , Consiliarij mei; ubi suum Bōotes breviore gyro
contorquet currum , bifidumq; fluvium ,
Arnum , ad octavum , supra ejus ostium , lapide
despectare dicitur ; venisse Legatos , duos à
Principibus ejus loci ; unum à Repub. Rosarum ,
ex ijs , quas mihi reddi cura verunt , literis hono-
rarijs satis superq; intellexi . Qui cum nos ade-
undi , desideriaq; suorum Dominorum coram
exponendi potestatem sibi fieri , postea orassent ,
atq; obsecrassent ; responsum jussu meo à Pracone
acceperunt , adessent hoc tempore , Et ad hanc
basilikam : me eis Senatum daturum .

B 2

Tu,

FUBILÆA PANEGYRIS

Tu, Praeco, vise, num in atrio sint: Et, ubi introduxeris, factuum officium, idq; solemnibus verbis, Et cum ante nos constiterint; Et postquam dicere finierunt.

(AD HARMONIAM CANTATUM.)

P R A E C O.

Serenissimus Princeps noster, Dominus clementissimus, vobis à Septentrione Legatis, potentibus, Dominorum vestrorum honoris causa, hunc Senatum lubens volensq; dedit. Vos, ut jussi estis; ut scitis jus fasq; esse; ita rem exponite.

LEGATUS I.

Quæ due res, include Rex, Principi sunt optanda maximè: optimæ vita prospere omniam rerum cursu sine perturbatione degendæ diuturnitas, Et summa regni, omnibus bonis aucti, benè, prudenterq; administrandi diuinis data felicitas: eas tibi, in conspectum tuum; id quod in præcipua clementia a te nobis exhibite parte ponimus; adi si nos servi tui, maximè comprecantes, Clementissime Domine; principio, ut iussi sumus, tua Majestati à Præcelsissimis Dominis nostris salutem, ceteraq; omnia, qua à spectatâ fide Et opera probata clientibus profici ac præstari Et possunt, Et debent, officia Et studia, cum summa pietatis in te testificatione nunciamus. Causa adventus nostri est hæc. Habent Domini meicum animo suo statutum, quod benè eveniat, optimarum literarum domicilium, Academiam, suis civibus aperire: hoc q; sui esse munera, id à se exspectari, hoc sibi incumbere, omnino existimant. Sunt; Deo illi omnipotenti gratia; Domini mei nobilissimæ prosa-

JOANNIS SIMONII.

pro sapientia Principes, ex antiquissima Regum Vagriorum, Circoponorum, Polaborum, Heculorum, Oberritarum, Kissinorum, Vandalorumque; animi magnitudine, virtute, existimatione, rebus domi fortis, apud Graecos, Gothos, Afros, in Asia minori, in Italia, Sicilia feliciter fortiterque gestis, clarissimorum herorum, stirpe nati. Nam; ne ex annalium monumentu ea, que vetustiora sunt, excitem: ec quis ita est in rebus humanis hostes, ut nesciat, Alaricum principium gentis Herulearum auctorem, Theodosio Imperatori, bellum adversus Eugenium gerenti, & maxima & fideliissima auxilia subministrasse eundemque. Dacum Italicorum perfidia irritatum, Urbem Romanam, postquam vallo, fossa, aggere totum bienum in cinque annos prefferat, violenta manu expugnasse? Quis communis fama non accepit, Gensericum in Africam usque, cum magno exercitu, se penetrasse, & Carthaginem, urbem, capitalem quondam orbis, exultat, in suam potestatem redactam, regnum ibi condidisse? Qui Billungum ignorat, Regem potentissimum, qui & Vistula & Albi, & Visurgi, & Viadrolongè lateque imperavit? Quis est, qui de Miroslao formidabili? de Mirostvio in dictissimo illo Duce; Henrici auncipis genero? de Udone, gentium quondam terrore, non inaudiverit aliquid? aut qui nihil explorati habeat de Godiscalco, ut pro religione pericula adierit? ut illam virae anteposuerit? nihil de Butchue, Regis Poloniae ex filia nepote, quantum fuerit in animo ejus robur? nihil de Nicoloto 2, at quemcunq[ue] casum fortuna dederit, moderatè securus sit? nihil de Pribislao II, ut Dobranum monasterium condiderit? ut cum Sarmatis vires semel in acie hostiliter conflixerit? Cui vero ignorius esse potest Henricus Burvinus senior, Electoris Saxoniae gener? quem Sonnencampium, quod nunc novum claustrum est, auctorem suum agnoscat? aut Burvinus II, Rostochij recuperator, templi Cathedralis, quod est Gustavij, extactor? Ad cuius porro aures non pervenit consentiens, pvergatusque de Joanne, quem Theologi nomine sua alias indigitavit, ad nos propagatus rumor? qui Parisijs, cum inaudito exemplo, tutos viginti annos, ea, que à sapientissimiis ejus seculi tradenterunt, summo studio audiisset, maiore etiam cura diduisset, generis & nominis aeternanda fama, id consecutus est, ut duabus suis sororibus, extrema pietate & virtute heros.

FABILÆA PANEGYRIS

nō, duorum potentissimorum Regum, alteri Cypri, alteri Masilie conciliaret nupias? Versatur ceterè in eterna laude Henricus Hierotolomitanus, heros tragicū calamitatibus ad miraculum usq; superatus per celebratus. Vivit in memoria hominum Henricus Leo, verè in acie Leo; qui Ribnizium usib; divinis consecravit. Est in ore omnium Albertus I, qui primus Principum Imperij Romani decus in familiam suam intulit, justus ille vindex, in militari rei scientia egregius, manus strenuus Princeps. Omnia sermone celebrantur Alberti hujus duo filii, Albertus Suecic Rex, & Magnus Primus, Dux Megapolensis; ex quibus hic Joannem, ille Albertum genuit, Principes nemp; nostros, à quibus buc missi adsumus. Miraberis, Serenissime Domine, quorsum hæc mea tendat commemoratio, quidq; sibi velit? Sed profectò non alio collineo, non intueor aliud, nisi ut hæc ipsa narratiuncula apud te maxime probem: Dominos meos, cum sciant tantu; beroibus atavū se editos, ita animum induxisse suum, ut penitus perfectum habeant, in se quoq; convenire, quod dictum est præceptumq; Regibus, ut sint nutriti Ecclesiarum & scholarum, hisq; in tutelam & fidem suam recepti, suppeditent omnia, quæ sustentandū ipsi sunt necessaria: nec licere sibi hoc summi Principis rescriptum ultra ratione negligere. Habes, Rex, instituti Dominorum meorum causam unam. Accipe nunc, si placet, & aliam. Quanti enim fructus ex scholis regiis in viram humanam promuant; nullius oratione comprehendendi posse, Præcelsissimi mei planè credunt. Verè enim; ne te, Rex, longioribus derineam, nevè coner Soli, quod dicitur, lumen; verè Academiæ sunt copiæ cornu, & Thassus bonorum: verè ex his prodeunt, quorum scientia mundus illuminatur, & ad obediendum Deo, tibiq; Principi, ceteruq; Dei vicarijs, vita subjectorum informatur. Hujus tanti boni, cuius nullum per orbem nostrum Arctoum, intra ducenta milliaria, hoc tempore emporium extat, tum suas, tum vicinas provincias participes ut reddant, satagunt Domini mei. Sed sine privilegijs Academiā esse velle, est urbi propugnacula, arcis præsidia auferro. Omnidò enim necesse est, & res exigit, addi docentium & discentium ordini arma, quibus tecti esse possunt contra improborum audaciam, & injurias. Quæ arma, hoc est, privilegia, ut Tu, Serenissime Rex, Academiæ, quam Domini

JOHANNIS SIMONII.

Domini nostri cum bono Deo fundaturi sunt, quam clementissime in optimis, ut ajunt, forma concedas: Te, quanta animi devota submissione possumus, suppliciter rogamus. Facies ista tua, qua quam proxime ad Deum in hunc terrum accedus, persona dignum; & nostros Principes, jam ante summo tibi observantie gradu devinctos, majore etiam devincies.

LEGATUS II.

Si quid est, Serenissime Rex, ex quo vel generi humano utilitas, vel amplissimo nomini splendoris accessio expectanda sit, quod in familiæ antiquitate, & rerum laudabiliter gestarum fama magnos rectè conferri debeat, aut possit; hoc ipsum esse fateor, cuius jam facta est à Collega meo mentio. Si qui verò sint, quibus tantum decus communicari debeat; non dubitans affirmare ausim, in eorum quoq; censu esse celsissimos Principes nostros, quibus hoc à Te, Rex, indulgeri, meus idem precibus omnibus contendit. Nam cum & generis Dominorum meorum splendor, & tei, quæ petitur, utilitas tanta sit, ut altera earum iure suo à quovis obtinere omnia debeat: tū & hoc apud Te, ô REX, verè testari possum; esse Præcelsissimos meos, clementiæ, magnitudinis animi, studijs pacis & concordiæ, amoris in subditos, divinæq; cujusdam humanitatis laude conspicuos, proindeq; dignos, quibus Tu, Clementissime Domine, clementissimum tuæ, omnibus tuis spectatæ, benignitatis fontem, quam clementissimè, concedendis Privilegijs, recludas. Pertexuit quidem Collega, & felici pectine percurrit telam præstantissimorum majorum, è quibus nostri Principes descenderunt, nec enim ipsa eorum præclara opera, nisi verbis in vulgus indicari, nisi sermo-

FUBILÆA PANEGYRIS

sermonibus divulgari possunt. Quod si Tu tamen, Domine; id, quod rogo; quām benignissimè patieris, hoc ipsum, quod honestissimis factis suis Principes nostri promeruerunt, hoc est, *insignium hoc insignie decus ante oculos tuos ponit*: facile in intelliges, quæ à nobis petuntur, esse ejusmodi, ut & te illa tribuere regium sit, nec Principibys meis tributa esse; pénitente unquam possit. Vides primò, Domine, in his insigniis Bucephali caput corona aurea redimitum. quid hoc denotat aliud, quam quod & Collega paulo ante dixit, & ego, quod pace tua, Domine, fiat, repeto: esse Principes meos nobilissimam, ex Regibus Heruleis, inde ab antiquissimis temporibus, quorum decem & octo propemodum secula numerare possunt; certa sancti conjugij lege & ordine, per clarissimos heroas, continua serie sibi mutuo succedentes deducetam prosapiam? A qua summi generis laude tantum abest, ut absant, ut in consilijs nihil prius, in factis nihil antiquius habeant, quām ut Clarissimum à Progenitoribus in familiam suam illatum, inq; ea divinitus conservatum gloriæ & splendoris lumen, rebus piè moderateq; gerendis illustrius, atq; augustius faciant. Bucephalum, regis exornatum phaleris, neminem, nisi regem, admisisse sessorem, accepimus. Sic Serenissima hæc Regum stirps, nil, nisi quod regium, quod excelsum, quod illustre sit spectat. Existimant autem mei Principes, nihil se tām decere, suumq; nomen, quām ut omnes suas cogitationes, omnia sua dicta & facta ad Dei gloriam in his terris, quan-

JOHANNIS SIMONII.

quantum in ipsis sit, ornandam atq; amplificandam, communemq; suorum civium utilitatem referant : nec esse quicquam, quod huic rei tam serviat, quod huic instituto tam accommodatum sit, quam bene instrutas Academias. Nec est, quod quis in ijs vel facultatem, vel animum efficiendi desideret. Ut clementia, sic magnanimitatis constantiaeq; radijs coruscantes, semper hæc stirps tulit heroas. Atq; harum virtutum cum quam plurima à Majoribus ipsorum extentera relicta monumenta alia, illud mihi tamen videtur haud vulgare, quod in scuto Principum meorum expressum fulget Bubali caput, diadema aureo innexum cum Grype. Nam, ut nihil dicam de hac ave, quam ferrunt tanti esse roboris, ut sola Elephantem capiat : Bubalum constat, utcunq; viribus corporis valeat, esse animal naturā remissum, & satis mansuetum : sed, si irriteatur, perquam pugnax ; ita tamen, ut recto pede omnia persequatur, nec ab incepta semita declinet. Quid hac imagine pulchrius ? quid illustrius ? quid ad effingendos veri & boni Principis mores aptius ? Unde ergò illud est, quod mei Principes de hoc tanto condendae Academiae opere consilia inter se consociaverunt : à clementia, & in cives suos amore singulari. Unde, quod hoc ipsum suis humeris ipsi sibi impunton : à clementia, & in cives suos amore singulari. Ferre autem & sustineret tantam sarcinam, non est, nisi Principum, magna animi fortitudine pro Patriæ commodis ; inter quæ non postremum obtinuerent locum, quæ ex Academia in eam influunt ; summo la-

C

bore

FUBILÆA PANEGYRIS

bore vigilantium ac pugnantium. Quid dicam de hon-
estissima pacis ocio consulendi cupiditate, qua Prin-
cipes mei flagrant? Quemadmodum in his gentilitijs
iectorum insignibus porrecta è nubibus, fascijsq; alligata,
manus tenet annulum cum gemma: sic heroes hi cla-
rissimi divinitus ingenerata m hanc mentem habent,
ut sentiant, sui esse munera, sibi subiectos arctissimo
concordia vinculo inter se nexos, colligatosq; habe-
re; eorumq; virtute tranquillitati summā contentione
prospicere: quod quidem tanti faciunt, ut hanc feli-
citatem conservandi suis civibus securitatem, contra
aurum optimum, licet ei nullo pretio comparanda
margarita inclusa sit, indubitate astiment. Ad pacem
autem inter homines & serendam & colendam, opus
est cum alijs adminiculis, tum ijs præcipue artibus,
quibus sive natura, sive bello efferati animi molliri,
& exultantes affectus in gyrum quasi rationis duci
queant. At hæc in Academijs rectissimè tradi, tam
certò sibi persuasum habent illustrissimi mei, ut nihil
apud ipsos sit certius, nihil firmius. In regijs enim
scholis patefit dissentibus aditus ad cognitionem ea-
rum disciplinarum, quarum luce accensa mens volun-
tati quidem ea monstrat, quæ sunt experenda, quæq;
fugienda: voluntas verò per virtutem ea facit, quæ
præcipit mens; & fugit, quæ eadem prohibet. Quæ
cum ita sint, concede, Serenissime Rex, nobis, quod
petimus. Meretur hoc Principum meorum ingens à
Proavis genus: meretur divina quædam ipsorum
clypeo, qui in his quoq; ornamentiis apparet, simpli-
cibus coloribus distincto, adumbrata & maximis argu-
men-

JOHANNIS SIMONII.

mentis confirmata benignitas, & comitas: meretur
deniq; ipsorum suam in Te, Serenissime Rex, o-
mnium, qui tuum imperium accipiunt, deprædica-
tione ac judicio comprobata observantia & fides.
Has tantas virtutes, Clementissime Domine, quæ est
excellens ingenij tui bonitas, non aspernaberis: sed
votis nostris, id quod te per genua iterum iterumq;
oramus, quām benignissimè annues.

LEGATUS III.

Vitam longæam o Rex Serenissime, gubernationemq; felicem, cum
omnibus bonis, cum fortuna prospera, florenteq; conjunctam, Tibi
ex alto det Deus, clementissime Domine: Ego quoq; in summo pretio ha-
beo, suspicioq; & veneror, quod per eximiam tuam æquanimitatem con-
sequi mihi hoc ipso die licuit, id quod hactenus in votis complexus sum, ut
Te in me admittendo, & audiendo benignum & facilem sentirem Domi-
num. Non autem longo sermone te traham, sed strictim dicam & pressè.
A clarissimis Proconsulibus & Consulibus nostræ urbis, virtù optimis,
missis, & ipse initio Tibi, inlute Domine, nostræ Reipub: studia in omni
genere officiū, quod ad voluntatem, ad commodum, ad gloriam, ad am-
plitudinem Tuæ Majestatū pertineat, quām possum, subjectissimè offero.
Proximum est, Te, meorum superiorum nomine, supplex rogem, hoc
gratia in nos, nostramq; urbem benignè conferas: ut, quod Lyceum præ-
cessissimi nostri Principes ac Domini immunitatibus à Tua Majestate muni-
ri exoptant: quod quidem clementissimorum nostrorum Dominorum stu-
dium pietatis in Deum, erga literas amoris, in nos subjectos clementiæ
plenum, & grata mente agnoscimus, & gratiæ linguis ad omnem posteri-
tatem deprædicabimus; hanc, inquam, virtutis & doctrinæ officinam pa-
tiaris, Domine, in nostra urbe, quæ illustrissimorum Dominorum nostro-
rum dominio subjecta est, sedem suam figere. Et, Dei benignitate, no-
stra Urbs oportunitate & salubritate loci, manibus, portu, non usq; adeò
ignobilis, in per antiquo Henetorum domicilio, ad ripam Arni, non procul
infra ipsam in mare Balticum se exonerant, constituta, estq; non solum

FUBILÆA PANEGYRIS

benè temperato, satq; clementi cœlo subjecta; sed mediocriter q̄s etiam instructa rebus, quæ ad vitam peritentē degendam: ad quas quidem multum accedit ex negotiationibus, quæ hominibus nostris cum potentissimis regnis vicini sunt honestissime juxta: atq; amplissimæ. Iam si ad ædificiorum descriptiones nostræ urbis, si ad civium honestos mores, splendidasq; quorundam familias; si ad civitatis elegantiam, ad res ab ea & in pace & in bello, domi fori q; animose fortiterq; gestas; si ad amplissimam curiam, ad legitimam iudiciorum constitutionem, ad amplissimi Senatus dignitatem, ejusq; in administranda Repub: prudentiam, & fidem; si ad optimatum integratam ac præstantiam; si ad tempora egregia, si ad sacram religionem, solemnesq; ceremonias, si ad cetera, quæ beatam efficiunt Rempub: quis oculos animumq; referat & ñ fateatur oporet, nostram urbem cum pleriq; Vandalicis in contentione eorum rerum facile venire posse, pleriq; etiam superiorē esse. Inprimis vero juventutis recte instituendæ ratio nostris ita cordi est, ut non exigua felicitati sue partem in ea positam patent. Talem enim futuram autumant Rempub: quales futuri sint ejus cives. itaq; ad illius incolumentem plurimum referre, quomodo juventus tenera à primis annis educetur, & quibus artibus, disciplinuq; firmata etas imbuatur. Tantum tamq; eximum bonum ut nobiscum, Domine clementissime, participes, utq; nos eo ipso, te tribuente, hocq; quo petij, fruamur modo, etiam atq; etiam submisæ Te oro & rogo. Non poterit ad Balticum nostrum littus vel commodiore, vel etiam amæniore loco academia, ut mea quidem opinio fere, esse. Cumq; nostra urbs fragrantis rosæ, terræ illius ornamenti, plantarum decoris, oculi florum, stirpis pulchritudine coruscantis, & amorem spirantis, nomen præseferat; nullum apud me dubium est, quin & nostra urs plurimum ornamenti, præsidij subsidijq; non parum boni literis sit additura; & ipsa Academia, tanquam laurus, roso nostro insita, tum sibi ipsi, tum toti provincie, tum viciniis gentibus futura sit excrescens quædam Rosælaurus, eum sapientia, justitia & pietatis spirans odorem, quo & boni mores à veneno turi sint, & mali purgentur; & mentes ita imbuantur, ut non solum à vitijs, sed alij rebus ad veris illæ atq; integra conserventur: deniq; templo, aule, curiae, foro, judicia, universæ tandem vita par-

JOHANNIS SIMONII.

partes mirifice recreentur, affianturq; Exposui, Serenissime Domine,
qua ab amplissimis meis superioribus in mandatu habui. Deus autem tibi
eum impetrat animum, qui nostru votis quam clementissime faveat: qua
ipsa eximiæ voluntatis inclinatione nobis nec divinitus ullum beneficium
majus contingere, nec à Te excellentior atq; illustrior summæ clementia
significatio fieri poterit.

P R A E C O.

A udavit Serenissimus noster vestra
desideria. Nunc vestrum est, viri ho-
norati, sedē hac excedere, ut de vestris
postulatis Patres consuli possint: & inte-
rea, dum hæc expediuntur, responsum
expectare.

(AD HARMONIAM ITERUM CANTATUM.)

R E X.

M overunt me, Consiliarij mei, Legatorum
horum, cùm cæterorum, tūm præcipue Se-
cundi orationes, verumq; quæ hic afferebat,
momenta: neq; tantum moverunt, sed verè per-
moverant. Verum vos tamen primum audien-
dos statuo, quām hic aliquid statuam. Sape
illud audivi: Thales, si volet, Rex esto: tamen
si de sua unius sententia omnia gerat, superbus
hic judicandus magis, quām sapiens. Eadem
mibi sententia. Quare, mei, dicite quisq; quod
sentit: Et dicite sine fuco ac fallacijs, more ma-
jorum.

C 3

CON-

JUBILÆA PANEGYRIS

CONSILIARIUS I.

MEa, Domine, hæc est ratio, sicq; animum indu-
m comeum; esse in illis, qui bonas literas laborio-
sè tractant, permulta, quæ ad omnium hominum be-
nevolentiam colligendam, ad alliciendas Principum
voluntates, ad comparanda Regum studia plurimum
valeant. Quis enim his non blandè dicat, aut beni-
gnè faciat? quis eorum saluti pariter & honori non
consulat, quis sibi commendatos non habeat eos, qui
literis iniciati, non solum omnia acerba devorare co-
guntur; sed, amore scientiæ, infortunia subeunt;
exulatum in peregrinas terras abeunt, de divitibus
pauperes sunt, selegq; ipsos exinaniant? Nam, cum
totam vitæ studiosorum historiam mecum animo re-
peto; nihil aliud video, nisi immensus gravissima-
rum difficultatum, ærumnarum, & defatigationum
pelagus. Quarum commemoratio, licet videatur nec
huic loco, neq; iuxæ personæ convenire; tamen ut
spero, nec ab hoc tempore est aliena, nec erit, Tibi,
Serenissime Domine, ingraata. Præceptoris igitur tra-
ditus puellus, primò quidem blandis crustulis inescat-
ur; sed paulò post, quas illum amaritudines exorbere
non oportet? simul ac ingenium abcedarium in lin-
guæ latinæ rudimenta intendit; statim videoas terri-
tenellum terribili voce, fronteq; Pædagogi caperata:
neq; hoc tantum, sed sentire sibi alapis os mulceri, la-
tus baculo incuti, corium virgis conscribi: progressum
verò aliquousq; tot inexplicabilibus, intricatisq; fle-
xionum, conjugationum, constructionum, forman-
dity-

JOHANNIS SIMONII.

di stylis, cum grammaticis erratis, cum barbarè dictis,
ambiguè scriptis, sinistre intellectis, pugnandi labori-
bus diversati: ut molares effoderet potius, aut suam
cum asino permutaret conditionem hic puer. Jam si
ad Academicā vitam se confert adolescentis: quantæ i-
bi adverfitatunc copiæ? quot phalanges? ut vana ha-
bentur de Sisypho, quæ prodita sunt, movente ingens
infirma manu adversus montem saxum: hic, si rem-
spectes, non vana, si difficultatum immanitatem, ve-
rissima. Ac studiosis quidem creandis, quot perfe-
rendæ molestiæ? patiuntur illi, quæ nemo Cynico-
rum olim, aut patientiam proficiunt unquam po-
tuisse. Inspice enim quælo, & initiandum contem-
plare: videas, ibi misellum primum restim ducentem,
saltare non Pyrricham, sed lamentabilem choream,
præcunte chorago personato, & ab ictu clangente
scutica pedes ipsius ad tripudiandum excitante: hinc
hum exerasum immotumq; jacere, denati instar aut
sepulti; vivum cœr moruum haberi: hominem ut
heitiam tractari: pulsari insuper, & acerrimè pulsari:
videas crura, brachia, latera, lumbos, totumq; cor-
pus fabrilibus instrumentis, runcina, serra, securi, bi-
penni, lima ad amissim præparari: ut dubites, tra-
bemnè an hominem extricendæ domui aptari dicas.
Ingressis hoc modo ad Musarum adyta aliæ Chary-
bdes, aliæ Scyllæ pertinendæ veniunt. Nam si
quis sit aliquantò à pecunia imparior, ingenij tamen
divius; prô Deum! quam ipsum sëpe in cursu impe-
dit paupertas, onus illud & miserum & grave? ut ve-
rat

JUBILEA PANEGYRIS

tat eum studijs sedulò vacare & Musis & quām ipse experitur nimis verum, quod Poëta dixit: qui *cupit optatam cursu contingere metam, multatulit, fecitq; Puer, sudavit & alſit?* Quod si lautor aliquis fuerit, de gente illa, cui panis in ore nascitur: hem quam periculoſo hic ingreditur vado? ut incedit per ignes ſuppoſitos cineri doloſo? ut ut enim ſit verecundus, ut si modestus, ut ſit probus: incidit tamen plerumq; vel in corvos, vel vulpeculas, à quibus non tantum in præcipitia abripiatur: ſed, niſi divina ingenij bonitate, ſe, & quidem celerrimè, ab his eximat, non raro pefumetur. Sed des mihi animum benè compositum; des ingenium ex optimo auto: huic profectō eſt militandum: huic in virtutis, bonarumque literarum studio vigiliæ immensæ, meditationes innumerabiles, labores inexplicabiles exandandi: huic bellum cum voluptatum illecebris; huic pugna cum luxuriæ blanditijs: huic cum turpitudine, cum vietijs, cum furore certamen decertandum, longè pertinacius magisq; ἄστρων, atque eſt Turcis cum Persa; longè cum inſtructioribus armis, atq; fuerunt Acarnini fratribus. Cujus verò animum haſte moletiæ non pungerent? quis non veniret ſuppetias hiſ latum? quis ne hiſ ullavis fieret, explorare in id non incumberet? & quis inficiaretur, eſſe hiſ præficiendos, qui auctoritate atq; doctrina valeant, hoſq; iſpos armandos eſſe potestate: ut & nervos habeant aduersus injuſtitiam; & probitatem defendere, improbitatem verò ſeveriſſimiſ poenisco oercere poſſint?

Nec

8

JOANNIS SIMONII.

Nec enim magis docentes & discentes sine certo quodam legibus honestis consociato ordine esse possunt, quam corpora nostra sine mente. Accedit odium, quo apud stupidos, apud homunculos de lapide emitos placetumq; ita laborare solent studiosi, ut penè dicendum sit, qualis inter scarabæum est & rosam(hujus enim fragrantia illius mors est) talem inter illos & istos esse amicitiam. Ex quo sit, ut liberi homines fecerit Romuli suis commodis adversam sentiant, sibiq; infensam experiendo cognoscant. Hoc malum à sua Academia depulsum cupiunt: hoc per te, Domine; namq; potes; averruncari rogabant Principum & civitatis Legati: quibus ut faculam Tuæ benignitatis, concedendis Privilegijs, alluceas: id ita tuum esse censeo, ut ex omnibus tuis virtutibus nulla sit, quæ te magis deceat; nulla, quæ Regi magis propria sit.

CONSILIARIUS II.

EGO verò, Domine, longè aliter sentio: nulla esse his concedenda Privilegia: cum constet, hunc ordinem ex privilegijs non raro facere pravilegia. Quis enim nescit: ita esse hoc genus hominum comparatum, ut liberrime vivere cupiat, nulli subesse? Nec verò video, quem fructum ex hac societate percipere eximium posse Repub. num at hi præceptoribus pallus aliquis discat de ijs rebus, quas nec oculus vidit, nec auris audivit, quaq; in cor hominis non ascenderunt; quas non disceptando, sed credendo, quas bene ac sancte vivendo à Deo consequimur: de bi, inquam, rebus discat pallus aliquis subtilitate Aristotelica retoricas, eaq; disputationum typho sursum, deorsum, prorsum, antrorsum, versam, horsum miserrimum modis volvere, revolvere? aut Minoraurus discat devorare lros? aut Baldus exaurire clientes? Hortensius venalem habere lingua? Asclepiades impunè homicidia patrare? & labem! bancne tu

D

Domine,

FESTIBILÆA PANEGYTRIS

Dominè, majorem nova condenda Academia efficies? Num verò conce-
des, ut ibi Grammaticus Aeneæ errores doceat enarrare, ipse ignarus suo-
rum? aut Logicus ordinem inculcat; ipse alogus? Rhetor monstrat ser-
monū venustates, ipse moribus illepidus? Arithmeticus tradat numerare
arenam; ipse nescius, quibus natura sit contenta? Musici harmonias
vocum construere; à quibus vita & factus discrepet? Geometra metiri
terras & agros; ipse rudis in his, que Deo & proximo sunt tribuenda?
Astronomus ea, que in celis sunt observare; ipse cœlus in ipsis, que ante pe-
des sunt? Quid porro dicam de discentibus? eloquarne an fileam? Turpe
quidem dictu est: sed si modo vera fatemur: unnon apud eos mores mali;
quasi irrigua herba, succreverunt uberrime? nec quicquam hi vile nunc
est, nisi mores mali? quorum licet jam messem apud omnes meteo max-
imam? Videas esse inter eos, qui, sicut Paris apud Homerum è bello
profugus cum Helena se oblectabat; sic relictus studiorum serujs voluptaria
secentur. Videas, qui non in auditorijs, ubi meritò debebant, sed, ubi
non debebant, in ipsis locis agant, ubi tota vicinitas personat quotidiano can-
tu vocum & nervorum & tibiarum; ibiq; genialiter vivant, potent,
ludant, belluentur, scurrentur, turpisimo otio diffluant. videas inter eos,
qui noctu etiam hocent, mugiant, grunnant, perulciane: quidam etiam
in propria, pro dolor! viscerâ saviant: qui adversi sint omnibus, adver-
sus habeant omnes, quotquot non faciunt cum ipsis. Hū tu, Domine, au-
toritatem tuam accommodares? Tu nō orio rei tam turpisimam, à te p̄
stauitissimis Regibus, ad scalas Gemonias, roties damnatae, clementia tue
portas aperires? tu ipsis, qui in tam retrima Camarine portum sese retu-
lerunt, protectionis tuæ alia explicares? Deus prohibesit tantum nefas!
Ac profectò, Domine, si quis tibi malam mentem imprecari vellit; ecquam
pestilentiorē imprecaretur, quām te volentem, videntemq; arma pec-
candi hominibus indulgere? quod à Principiū officio quām sit alienum; ipse,
qua eximia est tua prudentia, cogitabis. Mihi certè videtur Princeps di-
vinus in summo illo inter homines fastigio, collocatus, non ut male, sed
ut bene faciat mortalibus.

CON-

JOHANNIS SIMONII.

CONSILIA RIUS III.

Vox hæc, Domine, mihi longe asperior visa est;
& iniquior, quam quæ à tanto viro, quod pace
ipsius dixerim, proferretur. Liberrate honesta, &
quæ legibus attemperata sit, frui hunc ordinem;
& quum & justum est; cum & Principum summorum
munificentia in excelso sit positus loco, & eas tractet
disciplinas, quæ verè efficiant liberos homines. Cum-
què hi, qui sese studijs totos dedidere nullis alijs, quæ
sunt ἀρεταὶ φιλοτεχνίαι, negotijs vacare possint: libertatibus
eos imprimis dignos esse judico. Arq; hoc ipsum
eo firmius aped me statuo: quò magis me movent
istæ, de quibus primus collega, non minus quam
graviter dixit, difficultates: in quas amore studiorum
sese ordo ille, quasi volens, invergit. Sint in eo pra-
vi, sint turbulentii, sint qui illud ne quid nimis parum
observent, sint etiam mali. Sunt in terra, sunt in
urbibus, in aulis, in foro, in curia, in privatis ædi-
bus, sent in mari, sunt in inferno mali: nusquam au-
tem, nisi in cælo, sunt boni. Ercamen privilegia ce-
leberrimo huic inter homines ordinata conferuntur;
ut habeant nervos contra malitiam, contra cætera
mala: quæ profectò tantum abest, ut virti boni, quan-
tum in ipsis est, patiantur in agro scholarum effore-
scere, ut manibus pedibusq; ad ea vel exturpanda, vel
certè debilitanda ferantur, contendantq;. Itaq; quis
non videt, in quam frigida & jejuna calumnia delite-
scant h̄, qui gartiunt; huic ordinem nulli subesse vel-
le? Cur enim à te, Domine, Legatos hos, & impri-

FUBILÆA PANEGRIS

mis Principum, amplissimos illos viros, tantis ambitionibus petere audivimus, facultatem condendi statuta concedi novæ Academiæ? credo fortè, ut à te ordo ille consequatur impunitatem contra Deum, contra leges, contra conscientiam agendi, faciendiq; Apage sis in Poneropolin cum istac tua tam perverfa opinione, quisquis ita judicas. Quid enim, Domine, hi aliud faciunt, quām ut cum sanctissima illa pietatis, disciplinæ, obedientiæ, Deo & Magistratu debitæ, cæterarumq; virtutum officinâ permuteni sentinam nequitiz, turpitudinis, omniumq; terribiliorum scelerum? Negari quidem non potest, & reperiri & esse in hoc quoq; ordine, quibus hederam suspendere haud sit fas: quorum prolixè meminit collega. Attamen nec hoc negari potest: rei bonæ abusum, non esse ipsi rei, sed ihs expensum ferendum, qui re bona abutuntur. Quod si res ideo erit damnanda, quia vel culpa hominum, vel vitio alio sæpe fuerit noxia: age cibos aspernemur, attulerunt sæpè valetudinis causas. nunquam tecta subeamus; super habitantes aliquando corruerunt. non fabricetur militi gladius; potest ut eodem ferro latro. quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita; &, ne terrenis immorer, sollem Lunamq;, præcipua siderum, aliquando etiam nocere? Num igitur negabitur, in Academij veram deo doctrinam tradi? saluberrima, de legibus honestis, de rota bene beateq; vivendi ratione, de ihs rebus, quibus omnis vitæ partes continentur, præcepta proponi? Quis vero, quis frontem ita perficit, ut infi-

JOHANNIS SIMONII.

inficiari ausit, in Academij doceri ea, sine quorum cognitione nec disciplina & pax in Rebus pub: conservari, nec valetudo corporum depulsis morbis retineri, neq; tempora distingui, nec contraitus celebrari, nec consilia Principum & præcipua vitæ negotia gubernari, nec Regum & Rerum pub: vel laudabilia vel prava facta sciri possunt? aut ex regijs scholis, si non tanquam ex equo Troiano, tamen tanquam ex alveario quodam progredi, qui Ecclesiæ, qui regnis, qui Principibus, qui magnis populis præesse, suâq; opera prodesse possint? aut estnè aliqua vitæ pars sive privatis, sive publicis, sive forensibus, sive domesticis in rebus, sive agas quid tecum, sive cum altero contrahas, quæ beneficio Academiarum, quæ fructu literarum carere queat? Quare, etiamsi in utramq; partem valeant res, quæ vocantur mediae: non tamen est æquum, id haberi malum, quod culpa hominum male audit, aut tan-toperè culpari, quo benè uti lctet. Sed' ocio nimio diffluere hoc genus hominum; ajunt. Nunquid verò is, cui divinitus patet facta doctrina discenda est, vacare alijs rebus potest? aut nunquid qui stivam atrari tenent, qui in statuis sculpendis assidui sunt, & accubui, qui incudem curant, literis & studijs invigilare? nunquid ex his deligi possunt, qui doceant legem altissimis? qui munera publica obeant? qui legationibus ad extera regna fungantur? qui inserviant Principibus, versentur cum Magnatibus? Non opinor fore aliquem adeò emota mente, qui ista afferat, qui non multò magis confirmet; esse eos ipsos ex numero

D 3 eorum

FUBILÆA PANEGYRIS

corum, qui Musis & studijs operantur, adscendōs; quos illi tanquam oculos sine omni rubore tradūcunt. Nec enim ocium in honestum est, quod agit honestus ille ordo: sed res est plenissima dignitatis; & eximij ornanda præconijs. Vacat enim istud ocium non quidem omni cura & negotio; sed immune eit, & liberum à sordidis laboribus corporum, ut animus in unum illum summum, & sanctissimum laborem docendi & discendi incumbere queat: quod qui recte obeant, hi magis occupati sunt, quam qui in metallum condemnati feruntur. Prometheus ep̄ar perpetuo laniatu rimari aquilam, testis est Plato. Prometheus nimirum ille est, quisquis se ad studia applicat, retruq; cognitionem sectatur. hujus animus, perpetua diligentia in inveniendo, cogiando, perspiciendo occupatus, naturæ universam immensitatem expedit, quasiq; venatum aliquem in omnium rerum bonarum indagatione ubi propositum habet, ubi industria ejus excurrat, ubi excubet, labore, sudet: idq; in hunc finem, ut Deo & Ecclesiæ serviat. Quæcum ita sint, Domine, potius Te, quem secundi Legati oratione penè perculsum cum summa voluptate, paulò ante contestantem ipsum inaudivi, Te, inquam, Domine, potius quam alios in conferendis Academiæ novæ privilegijs audies. Nihil summo isti tuo in terris officio erit convenientius. Nec meo iudicio conservari aliter Respub. potest, quam si æqualia dentur æqualibus, & honores eis, qui honorem merentur. Quod si juxta Cratetis dictum dentur coquo

JOHANNIS SIMONII.

coquo minæ decem, scoto talentum, adulatori talenta decem, medico drachma, Philosopho triobulus, consiliario fumus: pessundari Rempub: oportet. Est autem Princeps non ad ruendam, sed sustinendam, non minuendam, sed amplificandam Rempub: non ut malos evehat, sed ut bonos præmij debitis ornent, verè & natus & constitutus.

CONSILARIUS IV.

Ego quidem, Domine, in eorum, qui à Legatis faciunt, sententiā pertrahi me facillime patiar: sed quis me tamen hic scrupulus urgeat, me expONENTEM audi. Maritima, quantum ex ejus, qui ultimo loco dixit, Legati oratione percepi, est ea urbs, quaे cupit ad se transferri Academiam. At in locis, ubi mercimonia mari magis, quam terra excentur, multos esse, quorum opera mercatores uti coguntur, quos Poetas, liceat mihi ejus ad hanc rem testimonio uti; cerebrosos appellat, compertum est. Cum his tamen convenit Minerva, atq; sui cum amaricino. Sed illud usū comprobatum est: ex peregrinis sapè locis una cum mercibus peregrinos & malos affiri mores: qui si inundent, tantum virium sibi parant, ut sapè etiam optimos secum abripiant; non secus atq; annis, hybernis nivibus auctus,

ma-

JUBILÆA PANEGYRIS

magnog, impetu ruens, secum aufert contrariantem naviculam: ut metuendum sit; ne ij, qui virtutis doctores esse debebant, moribus illis depravati, alios postea corrumptant. Ac ne omnia dicendoconsector: ipsam rem si penitus introspiciamus; cui incompertum est, magnas civitates diversitate jurisdictionum non raro perturbari? quod digito innuere satius esse duxerim, quam penicillo exprimere. Quare cum nec ipsi studiosorum ordini, nec urbi condusat, esse ibi Academiam: cumq, jam E in Gallijs Lutetiae, Aurelijs, Lugduni; E in Italia, Bononia, Patavij, Senis; E in Anglia, Cantabrigia; E in Polonia Cracovia; E in Hispania apud Salamanicenses, apud Toletanos; E in ipsa Germania, Colonia Agrippina, Lipsia, Heidelbergæ, atq, Erphordia celeberrima florent Academia: ne tantum bonum vilescat, sunt qui existimant, affirmandum; fontem tua benignitatis non apertum, sed clausum hic esse debere. Nec enim non tam nihil, quam inutiliter dando pectetur: Principis omnino est cautio.

CONSILARIUS V.

Quæ ab hoc Collega meo, Domine, ita dicta sunt, ut sibi cæterorum, quibus conferri potentibus Privilegia placet.

JOHANNIS SIMONII.

placet, sententiam haud displicere ostendat; ea & ipse vehementer probo. Quæ autem ita ab eo dicta sunt, quasi nec maritimæ urbi committenda; nec, quia passim jam multæ florēnt, nova instituenda sit Academia; ea mihi non perinde probantur: cum & nimis impropiè dicantur, & benignitatis, quæ Regum est propria, lumina obstruant. Negari, ait Collega, esse maritimo loco Academiam concredendam: quod illiberales nonnulli ibi inveniantur homines. Quid hoc est aliud, quām uno ictu vitæ partes omnes velle tollere? siquidem certum est, in nulla eorum repetiti omnes perfectos, sed malos mixtos bonis. quanquam quid dico perfectos? ubinam, quæso, cum perfectis hominibus vivitur, ac non potius cum ijs, in quibus est significatio quædam virtutis? hos aspernari, est ipsam naturam calumniari: effugere velle, est ex hoc amplissimo rerum pulcherrimarum theatro, nescio quòd, proripere se velle. At periculum esse, inquiunt, ne peregrinis moribus navi allatis, ipsi etiam docentes corruptantur. Jam velle Hecaten metuerent, quām ista eam inconsideratè proferrent. Num è solo mari, non etiam è terra emergunt mali mores? Ego verò, Domine, quid illud sit, quod ab illis dicitur, plane non video. Potestne fieri, ut qui virtutis habitum consecuti sunt; quod illos, qui in Academias docent, fecisse vero est simile; qui id laudabile esse; quod à vulgi moribus quām longissimè abest, profitentur; hi cù de mentiæ progrediantur, ut fese cuivis tempestati abripiendos præbeant? Jam quid illud est, quod de perturbatione gannuat? Non Jurisdictionum, sed ingeniorum diversitas turbar: non ipsa lex, sed interpretum vel inquies, vel àne ßea discordias ac lites serit. Sed nimis multas esse Academias contendunt. Num, quia Romam solam ferè rerum gestarum & magitudinis encomio aliquando dignabantur, id tantū fuit, ut eo vel Veneti à sua urbe exstruenda, vel Constantinus à Constantinopoli condenda deterreti se passi sint? aut

E

quia

FUBILEA PANEGRIS.

quia, Domine, tui Majores toti generi humano, & sapè, & cum omnium congratulatione benefecerunt, Tu huic uni provinciæ, Te comiter observanti, benefacere prohibeberis? Tibinè clementiæ hereditas erienda? in te eximia voluntas ista, tuis civibus conferendi beneficia, erit extingueda? facultas obruenda? Potestnè vero id esse nimium, quod est bonum? quod est omnis boni quidam fons, quædam scaturigo? aut quomodo possunt pietatis, honestatis, eruditionis, omnium disciplinarum laudabilium; sine quibus hæc vita ne esse quidem potest; nimis multi esse ludi? nimis multæ officiæ? nimis multa gymnasia? Respondi ad ea, quæ Tibi, Serenissime Domine, serupulum, ut opinor, iniucere potuissent. Nunc quis meus sit sensus, quæ mea mens, paucis apetiam. Dignum existimo, ut cum bona facientes tuam, Domine, laudem & protectionem omnes mereantur: tum Tu his Principibus clarissimis, clementissimè gratificeris, Academiamq;, quam institueris, speciali quadam dilectione ab omni injurya defendas: utq; ipsa eo, qui rosarum præ se nomen fert, loco sit: hisq; ut omnibus tuam auctoritatem accommodes. Nihil erit te dignius: nihil ad clementiæ opinionem accommodatius: nihil ad immortalitatem nominis praesentius.

R E X.

Bene mecum, Patres mei, egistis, dum quisq;
bid, quod in animo habuistis, verbis apertè declarastis. Potuisse mihi quidem tua, Spudæ, oratione, eam, quam ex Legatorum sermone conceperam, cogitationem eximere; nisi tui Collegæ, qui à te dissentiunt, prægnantioribus usi argumentis, me in mea sententia confirmassent.

Nunc

JOHANNIS SIMONII.

Nunc tuum erit, Eubule, diploma Privilegio-
rum conscribere optima forma: ita tamen, ut pe-
titioni Legatorum respondeat, nec cum loco, nec
cum stylo pugnet: idq; confectum, ad deliberan-
dum, interiori nostro consilio, quanto fieri pote-
rit maturrimè, exhibebis. Tu interea, Praeco,
publicabis decretum nostrum: cujus capita hac c-
runt: Nos pium, meritorumq; Ducum deside-
rium attente considerantes, supplicationibus Le-
gatorum inclinatos, largiri, ut in urbe Rosarum
Academiam erigant: in qua doceatur, discatur,
vivatur sub capite uno, sub Rectore: omniaq; de
ea, & in ea cetera peragantur juxta Privilegij
diploma, quod ab Eubulo nostra auctoritate cor-
roboratum accipient. Hoc decretum solemnibus
publicabis verbis. Sed ito prius accessitum Le-
gatos, ut quid nobis placuerit, audiant.

(AD HARMONIAM CANTATUM.)

P R A E C O.

Quod felix sit faustumq; , quod sit Ecclesiae, &
Reipub: salutare, Serenissimus noster pio me-
ritorioque Ducum vestrorum desiderio attente
considerato , supplicationibusque vestris incli-
natus, hoc vobis, Legati à Septentrione, Viri ho-
norati, dat responsi: Facultas condendæ Academiæ

E 2

aucto.

FUBILÆA PANEGYRIS.

auctoritate summi Principis potentibus Dominis vestris conessa esto. Locus deligitur urbs Rosarum. Academæ caput unicum, sub quo doceatur, discatur, vivatur, Rector præesto. Omnia denuo de ea, & in ea cætera fiunto, peraguntor, ut in Privilegijs diplomaticæ, quod à clarissimo Senatori Eubalo habebitis, erit expressum.

CHORUS DOCTORUM.

LAtent sub clypeo & tutela Regum ac Principum bona literæ, earumq; cultores studiosi: hancq; nutritijs ac tutoribus suis vicissim gratiam referunt, ut eorum virtutem heroicam, & præclarè facta, non cum hujus ævi tempore ex hominum memoria exolescere sinant & extingui, sed literarum monumentis consignata ad posteros celebrent, ac transmittant. Quibus ergo nos, Doctorum Chorus, Te, Sérénissime Domine, dignum laudibus dicemus? quibus Te verbis extollemus? quid gratiæ Tibi apponemus? cui tantæ curæ est, ingenuas artes, in quibus gratam de se Deus famam sparsit, propagare, easq; optimis Principibus, horumq; patrocinio commendare? aut quibus cumulandis eritis honoribus, o Principes Hérulei! o viri optimates Arorum accolentes! Vos nempe primi estis, qui in ultimas illas terræ partes ad Balticum litus, in veterem Hénetorum sedem, studia literarum introducitis! introducta in vestram urbem recipitis! Vos ut introducatis, ut recipiatis Musas, nullis summis, nulli operæ parcitis! O præclarissimorum animorum factum præclarissimum! Mirabatur antea ci-vium vestrorum aliquis magnam Philoponi alicujus ingenij vim, cum ille aliud ex alio acriter colligeret, & veritatis inquirendæ rationem nollet; vos eam nunc vestris civibüs comunicabitis! Suspiciebat ex ijs alias orationem Lysiae cu-jusdam

JOHANNIS SIMONII.

iusdam mellē dulciorem, qua aures auditorum tanquam catenulis aureis illaqueatas tenebat; eosq; quo vellet, duceret, unde vellet reducet: vos eam dicendi facultatem hominibus vestris impertietis! aspiciebat vestrorum aliquis cælum, & quid sibi variæ illæ formæ, multiplicesq; in eo figuræ vellent, juxta cum ignatissimis ignorabat: vos ut solis Lunæq; vias atque labores; ut ortus & obitus siderum: ut cætera id genus in literis, in linguis, in omnibus liberalibus disciplinis admiranda vestri sciant: id verò nunc agitis! ô æternandum factum! Poëtarum superstítio est, ut fabulis delectantur; non unum Deorum genus facere: cum alios maximos, alios medioximos, alios insimos consti- tuant: Sed vos inter illos, non quidem, quos fabulatores illi, sed quos Deorum titulo Deus ille Deorum dignatur, nec insimi, nec medioxumi, sed cum generis splendore pulchrisq; vestris factis, tum vel hac una re; quod vestro consenso beneficentiaq; effectum dabitis; ut quibus in locis haec tenus inscientia omnia squaluerunt, ea nunc omnis humanitatis & doctrinæ cultu enitere incipient: hac una, inquam, re maximi inter homines Differitis. Jacent licet alij à se extructæ immensa molis pyramidæ: effrant se Mausoleis ad stuporem usq; exædificatis: ostentent splendidas arces & munitissima propugnacula: nobis equidem omnes omnium Regum insanas, & ad divitiarum immanisq; potentiaz gloriam aucupandam comparatas. stræturas una longissimo intervallo superare & anteire videtur Academia ista institutio. Eaq; apud nos tantò est illustrior, tantoq; magis prædicanda; quanto majorem spem concipimus, fore, ut ex via Principes Herulei, serenissima Régum propago, prodeant stirpe, qui ipsi non solum ad gubernacula Academiz suæ sedeant, sed qui temporum forte injuria collapsam aliquando restituant, restitutam exornent, exornatam amplifient, Principes magni, pacifici, gratij, Dei favoris pleni,

FESTIBILIA PANEGYRIS

pacis divites, charisijs. Nec defuturos auguramur Roseti Patres, viros præstatautissimos, infinitæ suæ lauro, eruct & ipsi defensores, erunt nutritores tam benignè in suum quasi gremium exceptæ novæ Academiæ benignissimi. Itaq; & ad vos, ô Herulei Principes, ô Roseti patres, ad vos sempiter-nus gloriae & immortalitatis fructus ex Academiæ, novæ vestræ alumnae, luce & splendore redundabit. Laudabuntur quidem vestra cætera præclarè facta: & laudabuntur ab hominibus: at hæc ipsa, quæ ultra ætatis vestræ curriculum breve & angustum ornamenta se alias non extenderent, sed mortalitatis necessitate terminarentur, istius Academiæ vestræ, & hominum eruditorum literis & divinâ eloquentiâ ab obliuione vindicata posterorum memoria sermonibusq; a-lentur atq; usurpabuntur, donec literæ earumq; cultores fuerint. Hanc vobis Musæ referent gratiam. Quin & hoc videmur videre futurum, ut, si non primo, tamen altero Academiæ istius seculo vertente, vestris, ô præcelissimi Principes, Serenissima Regum propago, ô amplissimi inclutæ urbis roseæ Patres, successoribus annuentibus, & tantum pietatis opus munificentia sua juvantibus; ij, quibus gubernatio & cura roseæ vestræ Academiæ commissa tum erit, viri magnifici, reverendi, clarissimi, consultissimi & Doctissimi, diem solemnem, festum Jubilæum hilares, cupidiq; indicant: idq; tum conferendis doctrinæ & virtutis brabeijis, tum placidis disputationibus obeundis, tum multiplici elegantiū, in quibus & gratias, & totum Musarum chorū cum Apolline & Venere digitulos s̄os abluisse dixeris, orationum genere, non sine aliqua pompa, certè cum summa ani-mi jucunditate celebrent: quibus vobis, Serenissimi Duces, vestrisq; posteris; vobis, amplissimi Patres, vestrisq; successoribus; præcelissimis olim & verè heroicis Principibus, prudentissimis olim consulibus & Senatoribus, non solum pro hujus temporis vestris tam laudabilibus factis, sed pro vestro

in

J OHANNIS SIMONII.

in Academiam istam tamen paterno eximioque animo, pro clementissimo & benignissimo patrocinio, pro innumeris beneficijs, tantas, quantas humani animi angustia capere, quantas humana lingua eloqui potest, gratias lati ovantesque agant: vobis acclamaturi: vivite o precelissimi Principes, Serenissima Regum Vandalicorum propago! vivite, o amplissimi rosee urbis Consules, Senatores! vivite! vivite vos omnes! vivite singuli! Deus vos nobis servet! vestra vita nostrum praesidium, nostrum decus! Deus vos nobis servet! Hec illi, nisi nos animus fallit, suo tempore facient. Nunc tu, Deus optime maxume, in quo uno & unico spem suam omnes boni repositam habent, exaudi has preces nostras. Approba ea, quae Praecelissimi isti Principes, tum etiam amplissimi Roseti Patres, de bono literarum propagando habent in animo: perfice omne eorum consilium: rata esse jubetas, quae optant: prospero successu provehe, quae instittuant: ad optatum eventum perduc, quae moliuntur: felici exitu concludant, quae tractant, tum haec, tum cetera sua cuncta. Tu, potentia, amplitudine & majestate tua Academiam istam prohibitam etrumnis tuere: quod si aliquando, quae est rerum humanarum fragilitas, acciderit, ut laboret; cum Tu periclitantem clementer respice, mutantem sustine, infirmam corroborare. Maxime rerum omnium moderator & Domine, qui facile mente populi tui precibus praeceperisti, in posterum quoque aures benignas ad vota nostra adhibe, & Principes, tum omnes Christianos, tum quos Herulea stirps regali nomine inflamat, cum Patribus Roseti, tum denique Rempub: universam, numinis tui praesidio contra hostium furores ab omni detimento, & incommode tuere & defende. In his votis finimus, Vos plaudite! accinite!

Vibant Varniades Muse, vibantque Patroni!

Et Rosea urbs fecitis innumerabilibus!

(Ad harmoniam denuo cantatum.)

— 90 —

1100
1101

1102

1103

1104

1105

1106

1107

1108

1109

1110

1111

1112

1113

1114

1115

1116

1117

1118

1119

1120

1121

1122

1123

1124

1125

1126

1127

1128

1129

1130

1131

1132

1133

1134

1135

1136

1137

1138

1139

1140

1141

1142

1143

1144

1145

1146

1147

1148

1149

1150

1151

1152

1153

1154

1155

1156

1157

1158

1159

1160

1161

1162

1163

1164

1165

1166

1167

1168

1169

1170

1171

1172

1173

1174

1175

1176

1177

1178

1179

1180

1181

1182

1183

1184

1185

1186

1187

1188

1189

1190

1191

1192

1193

1194

1195


1196

1197

1198

1199

1200




JOHANNIS SIMONIS

in Academiam istam tam paterno eximientissimo & benignissimo patrocinio neficijs, tantas, quantas humani anima quanta humana lingua eloqui potest, agant: vobis acclamatari: vivite o' pri Serenissima Regum Vandalicorum pro plissimi roseoribus Consules, Senator omnes! vivite singuli! Deus vos nobis nostrum praesidium, nostrum decus! D Hæc illi, nisi nos animus fallit, suo tempore, Deus optime maxime, in quo uno omnes boni repositam habent, exaud Approba ea, quæ Praecelsissimi isti Præcessimi Roseti Patres, de bono literarum in animo: perfice omnes eorum co beas, quæ optant: prospero successu tuunt: ad optatum eventum perduc, exitu concludant, quæ tractant, tum cuncta. Tu, potentia, amplitudine & maiam istam prohibitam rerum tuere quæ est rerum humanarum fragilitas, arum Tu periclitantem clementer respice infirmam corroborare. Maxime rerum & Domine, qui facile te populi tui posterum quoque aures benignas ad vocem Principes, tum omnes Christianos, sti ips regali nomine inflammat, cum Padriq; Rempub: universam, numinis tu stium furores ab omni detimento, & defende. In his votis finimus, Vos pl

Vibant Varniades Musæ, Vibantq;

Et Rosea urbs seculis innumerab.

(Ad harmoniam denuo ea



ro cle
teris be
apere,
antesq;
incipes,
, o am
vite vos
tra vita
servet!
Nume
n suam
nostras.
am am
do ha
esse ju
e insti
: felici
era sua
Acade
uando,
aboret;
ustine,
derator
sti, in
ibe, &
erulea
, tum
tra ho
tuere &
te!

